flores ecclie. **V**n canit de ip̄is ecclia illud **Apoē.**
xliij. **N**i em̄p̄ ſūt ex oibz p̄mitte deo et agno. imo
nō tñ in ſe paſſi ſ. etiā in p̄ſona xpi q̄ qdāmō in q̄
libet eoz occiſus ē xps. **V**n volūtariū ſacrificiūz
req̄rit in adultis. non aut in infantibz. **S**cda pro-
gatiua caput ex ſtatu. q̄ ſine macula vixerūt. quā-
p̄us circūciſi. **V**n de ip̄is canit illud **Apoē.** xliij.
Ni ſunt q̄ cūz mulieribz nō ſunt coīnq̄nati. i. non
ſunt polluti mente et corpe. **N**ihil p̄deſt v̄ginem
eſſe corpe niſi mēs eſſet incorrupta. **T**ercia proga-
tiua capitur ex grā capitis. q̄ q̄n rex coronat mul-
tos milites ſecū facit. **S**ic rex celeſtis nūc corona-
tus corona carnea a m̄ſe p ſuaz incarnatiōem hos
innocētes milites ſibi elegit. Et iō eos ſancta m̄
ecclia feſtiuat. **V**n licet i lymbū deſcēderūt et etiā
liberū arbitriū merēdi nō habuerūt. tamē quicq̄d
in eis minus fuit grā noui regis adiplēnt. vt dīc
ſctūs **Thō.** in ſcda ſcde. q. cxliij. ar. j. in ſolutiōe
p̄mi argumēt. q̄ martirij gloriā quā in alijs libe-
ra volūtas meretur illi puuli occiſi p dei gratiam
ſunt aſſecuti. naz effuſio ſanguinis p̄pter xpm vī

cem gerit baptisim. **N**on sicut pueris baptisatis p
gratiam xpi meritum operatur ad gloriam obtinendam. Ita
occisus propter xpi meritum martyrii operatur ad pal-
mam martyrii consequendam. **D**e quo aug⁹ in sermone
de epyphania. **N**icer pueri non haberent etatem ut in
xpm crederent. habebant tamen carnem in qua pro xpo pas-
sione sustinerent. **I**dem in sermone quarto
de innocentibus. **O**cciduntur pro xpo puulo puuli. p
iusticia moritur innocentia. **Q**uod beatas eras. necdum xps
potuit loqui et iam pro xpo meretur occidi. nondum
oportuit confessioni et iam idonei passioni. **Q**uod feli-
citer nati. vix degustauerunt presentem vitam et statim tran-
sierunt ad futuram. necdum egressi infantie cunas. et iam
pervenit ad coronas. rapiuntur de sinibus matrum et
recipiuntur in gremiis angelorum. hec ille. **D**icitur
etiam quare sancta mater ecclesia tacet hodie leticie canti-
ca. **V**t deum laudamus. **G**loria in excelsis. Alleluia.
Affertur ysselm⁹ in rationali tribus de causis. **P**rima est
in signum tristitie marie que voluenter et fleuerunt
pro morte filiorum. **N**on potuerunt dicere illud Ruth. **I**
Ne vocetis me noemi. i. pulchra. sed vocare me ma-
ram. i. amarā. quia amaritudine replevit me omnipo-
rens. **S**ecunda causa in signum quod ad lymbum descenderunt
ubi habuerunt penam damni usque post passionem xpi.
sicut et alij pueri sancti. quod fuit querulosum. sicut con-
queritur Job. xvij. **I**nfernus domus mea est. et in tene-
bris stravit lectulum meum. **T**ercia causa in signum fuge et
incolat⁹ chusiti et in fasis eius et ioseph in egypto. **D**e
quo hier. xliij. **Q**uasi colonus futurus es in terra. et
quasi vir vagus declinas ad manendum. **I**n octava
autem innocentium omnia cantica leticie resumuntur. **E**t hoc
significat resurrectionem futuram. quia tunc innocen-
tes et omnes pueri baptisati et senes electi resurgent in
perfecta etate plenitudinis xpi. cum anime felicitate et
corporis immortalitate. **S**icut quoniam hoc festum cadit in di-
em dominicam omnia cantica leticie cantantur in reuerentia
domine resurrectionis. quia die cum maximo subilo per
dominum sunt de limbo educati. et postea in die ascensio-
nis in plenam gaudium assumpti. **A**d quod nos perducatur
ibus christus. Amen.

Sermo xxx. Ad idem

Occidit omnes pueros

Qui erat in bethleem et in omnibus finibus eius.
scribit Mattheus. ij. **Q**ueritur loco
thematice. cur hec tria festa stephani. iohannis. et inno-
centium sub uno natiuitatis domine gaudio recolit eccle-
sia. **R**espondeo. **B**er. in sermone de innocentibus dicens.
Xps natus est in hunc mundum et patri pro nobis voluit.
propter quod iohannes baptista dixit eum agnū imo-
landum. Job. j. **E**cce agnus dei qui tollis peccata mundi.
Et per se dixit Lu. vij. **O**portuit filium hominis multa
pati et reprobari a generatore hac. **E**t Job. xv. **N**on
est seruus maior domino suo. si me persecuti sunt et vos
persequetur. **E**x quibus quidem verbis elicit omnes fide-
les passuros. **D**e quo et apostolus. ij. **T**ribum. iij. **O**mnes
qui ple voluit vivere in xpo iesu persequendum patien-
tur. et per consequens fore martyres. **I**nnuit igitur eccle-
sia in his tribus festiuitatibus triplex martyrium.
Primū est voluntatis et operis. sicut beati stepha-
ni qui fuit primus martyr post christi resurrectionem et
ascensionem. **H**inc est quod statim post natiuitatem xpi

sancta mater ecclesia ordinavit diem sancti stephani.
quia dies martyrii sanctorum dicitur dies natalis eorum.
De quo Fulgentius in sermone. **B**er. xps natus est
in mundum ut hodie stephanus nasceretur in celo.
Secundū est martyrii voluntatis et non operis. sicut ioh-
annis euangeliste qui parat⁹ erat pro xpo omnia sup-
plicia sustinere. non tamen actu sustinuit. **B**er. in
sermone de innocentibus dicit. quod in pace vitam finivit
dignum filij fuit. sicut ipse dixit Jobis vi. **S**ic enim
volo manere donec ventum. **E**t quia minus est pati
voluntate tamen quam actu et voluntate. ideo ecclesia post di-
em sancti stephani ordinavit diem sancti iohannis
euangeliste. **T**ercium martyrii est operis et non volunta-
tis. **S**ic pueri innocentes visum rationis non habentes
passi sunt. quod deum non loquendo sed moriendo cum
sanguine suo perfecerunt. de quibus thema. **O**ccidit
omnes pueros. **I**n summa euangelij duo innuuntur
duo angelica ammonitio. scilicet tyrannica persecutio.
Primū patet in principio. **S**ecundum ibi. occidit
omnes pueros. **D**e primo dicit. **A**ngel⁹ domini apparuit in
sonis ioseph. **I**dem in sonis ut cognosceret quod idem
esset angel⁹ qui prius apparuit ei ante natiuitatem pueri
Mattheus. j. **Q**uod pro quo sciendum. in sonis accidit
multe apparitiones et visiones. aliqui delectabiles.
aliqui tristes. et homines ex his volunt distinguere hoc vel
illud bonum aut malum consequendum quod non est faciendum.
Respondeo quod dicit aug⁹ de spiritu et anima. **S**omnium est figu-
ris tecum. et sine interpretacione intelligi non potest. **N**am
multa sunt genera somniorum. que ut dicit Isidorus
li. iij. de sum. bo. ex diuersis qualitatibus oriuntur. quod
dam ex saturitate et maceratione occurrunt. **S**ecundo
quedam ex prentia cogitatione. **N**am ut dicit Isidorus
sepe que in die cogitamus in nocte cognoscimus
Tercio ex diabolica illusionem. vnde Isidorus. **N**on
nulle visiones spirituum demoniacorum sunt illusiones
qualis fuit visio ysaie pylati. Mattheus. xxvij. **N**ul-
ta passa sum per visum propter eum. nihil tibi et iusto
illi. ubi diabolus voluit impedire christi passionem.
et per consequens nostram redemptionem. **Q**uarto ex su-
periorum reuelacione. ut ioseph Gen. xli. qui expo-
suit somnium pharaoni: propter quod preficitur dominus
ac prepositus totius egypti. **Q**uinto ex mixta oriun-
tur. scilicet ex cogitatione et illusionem. **S**exto ex corporis di-
spositione. ut quoniam quis somniet comedere dulcia si-
gnū est quod fletum dulce dominatur. sanguineus som-
niet aerea et leua. melancolicus terrea et tristitia. coleri-
cus ignea. fletum artens fluuios nives et aquatica.
Septimo ex corporis celestium impressione. quoniam virtus
motuum superiorum peruenit ad imaginacionem tunc
imaginant in eis imagines illorum effectum ad quod
motus celestes disponunt. secundum quod virtus imprensus
est fortior vel debilius. et secundum quod virtus recipiens est
magis vel minus disposita. et secundum quod magis quiescit
ab alijs occupationibus. **I**deo homines futura sciunt
in dormiendo quando anima vacat ab exterioribus mo-
tibus. **E**t precipue in nocte circa horam digestionis
complete. **E**t per hunc modum quedam aialia cognos-
cunt futura. sicut pisces tempestatem prenuunt mo-
tibus suis. et in multis alijs aialibus. quoniam imagina-
tiones eorum magis quiescunt quam humane propter mul-
tiplices motus rationis. ideo magis dispositi sunt
ad impressiones celli quam homines. **O**ctavo oriuntur som-
E iij

Emilij huiusmodi sequitur
[scribitur]

De Innocentibus

nia ex cerebri perturbatōe. ut p̄t̄ in indispositis ad frenesim et parietibus. qui mira somniāt et inaudita fin vaporum cellula fantastica inficiēt vel imitantē ip̄a somnia inficiūt et imitant. Non oriūtur somnia ex sanguinis infectōe. qui em̄ corruptum habet sanguinē somniāt se ambulare per loca imūda. Ideo **I**sidorus ibidē. ex diuersis imaginationū qualitatib⁹ oriūtur. tamē vñ veniāt raro p̄sideratur. ergo eis credere nō est opus. ne forte sathanas in angelū lucis se transformās fraude erroris decipiat. Ideo **Eccl̄. xxxiiij.** Multos errare fecerūt somnia. et exciderūt sperātes in illis. De talibus scribitur in can. xxvj. q. v. **Ep̄scopi.** vbi dicitur **Stultus et ebrius est qui oia que in spū sūt in corpore accidere arbitretur.** Subdit. Nam q̄ talia credit fidem perdit. q̄ aut̄ rectam fidem nō habet hic nō est eius. sed illius in quē credit. i. diaboli. **I**do prohibet credulitas illorū **Ier̄. xix.** Nō obseruabis sōnia. **Ratio** **I**sidoro. li. iij. de sum. bo. Demones ut fallāt et illudāt aliqñ vera p̄nūciant. Et subdit ibidē. Electi si h̄mōi visionib⁹ cōmouētur mox tamē enīgilātes illusionē vanitatis despiciunt. intētionē suam p̄tinus ad deū puerūt. hec ille. Ideo **Catho.** Somnia ne cures. quia scribit **Eccl̄. xxxiiij.** Sōnia extollāt imprudētes. q̄si qui apprehēdit vmbriam et persequitur v̄tūm. sic et qui attēdit ad v̄sa mendacia. Et tantū sup̄ isto verbo **Angelus dñi apparuit in somnis ioseph dicens.** Surge et accipe puerū et matrē eius. et fuge in egyptum. propter tres causas in p̄mo sermone de in nocētiis dicitur. **Adhuc sunt due cause ppter quas fugit in egyptum. et nō in aliam regionem.** Prima causa est ppter egypti sanationem. **Vñ** **Esaie. xix.** Et pcutiet dñs egyptum plaga et sanabit eam. et reuertētur egypti ad dñm. et placabitur eis et sanabit eos. **Vñ** **Chriſt.** super **Mattheū.** Recordat⁹ est dñs quia mala fecit super egyptum. filius suū mittit ut plagas egypti sua sanaret medicina. Hec mutatio dextre excelsi. ut populus q̄ ante fuit p̄secutor populi p̄mogeniti postea fieret custos filij vnigeniti. Secūda causa intravit egyptum ppter future religionis p̄figurationem. q̄ christiana religio in tantū v̄gnit ibi ut ceteris p̄fusionem induceret. sicut dicit **Piere. ij.** Ab egypto p̄funderis. quia multi sancti fuerūt de egypto arduam christianā vitam ducētes. ut sanctus anthonius. sancta maria egyptiaca. et ceteri. **Chriſt.** Qui p̄us populo dei violēter dānati sunt isti cū deuotione deo seruierūt. ut iam nō irent ad mare rubrū dīmergendī. sed vocarētur ad aquas baptismatis v̄nificādī. **Vñ** **Esaie. xix.** Clamabūt ad dñm a facie tribulātis. et mittet eis saluatorem et p̄pugnatorem ut liberet eos. Ideo ang⁹ in sermone. Aliqñ moyses in egypto perfidis clauserat diem. illuc x̄ps adueniens sedētib⁹ in tenebris reddidit clarissimā lucem. Et subdit. Et esto ibi vsq̄dū dicam tibi. i. septē annis. Futur⁹ est em̄ ut herodes querat puer ad perdēdum eum. **S** Mystice dicit leo papa. Deus i nobis p̄ affectum p̄cipitur. i. boni operis. et per effectū nascitur. et p̄ profectū. i. augmētum virtutū nutritur et crescit. Sed qñ herodes. i. diabolus hoc attēdit tūc que-

rit perdere eū. **Vñ** **bernard⁹.** Quicq̄d a deo diligitur a diabolo impugnatur. **Vñ** figuram habemus. ij. **Regum. v.** **Philistei** audientes q̄ david esset victus in regem ascenderūt vn̄uersi ut quere rent david ad p̄dendū. **Vñ** simile habet **Apoē. xij.** Draco stetit ante mulierē que paritura erat ut cū pareret filiū deuoraret. **E** **Sp̄n̄aliter.** draco. i. diabolus obseruator callidus quādo opa bona agimus querit quō resistat et occidat. **Nā** nulla est virtus que nō impugnatur a vicio p̄trario **De** quo habet in glosa **Quert. xij.** Virtus si p̄trarietatez nō haberet nō claresceret. Ideo ut sim⁹ cariti hortat apostol⁹ petrus in canonica. j. **Petri. v.** Vigilate fratres quā aduersarius vester diabol⁹ die ac nocte circūst querēs quē deuoret. Sed angelus dñi apparuit in somnis. hoc fit quando hō existit in diligēti p̄sideratōe suū p̄p̄s et p̄p̄ie salutis. tūc meretur dñi gratiā sp̄m eruditētem. q̄ dicit ang⁹ in libro de penitētia. Semp̄ p̄sto est gr̄a si nō fuerit repulsa. et de periculis imminētibus informatur. **De** quo **Iob. xxxij.** Inspiratio om̄spotentis dat intelligētiā. **Nā** herodes habuit dñi cīa verba et falsam intētionem. Et sic diabol⁹ specie boni querit nos inducere ad malum. **De** q̄ apostol⁹. ij. **Corinib⁹. ix.** Sathanas transfiguratur se in angelum lucis. **Grego.** Sepe vicia v̄tutū specie assumūt. xij. dist. sepe. Sed dicit **psal. xc.** Angelis suis mādauit de te ut custodiāt te in om̄ib⁹ vijs tuis. i. inspirat tibi p̄ angelū. Surge sepe a mala cogitatōe et imaginatōe qua te impugnat diabolus. et accipe puerū. i. perpende p̄scientie puritatem q̄ iocūda sit in ania. **De** quo **seneca.** Nunq̄ nascit vera leticia nisi ex pura p̄scientia. **Vñ** **Si** trahit mūdus. terret te diabolus. impugnat caro. illa semp̄ est secūra. Et accipe etiam m̄fem. i. gratiam assistentē. quia sine gr̄a non possum⁹ p̄sistere in p̄scientie puritate. **De** q̄ scrius **Thomas. li. iij.** cōtra gentiles. Indiget homo gr̄e dei auxilio ut p̄seueret in bono. Ideo. j. ad **Cor. xv.** Gr̄a dei sum id qd̄ suz. **I**pa est mater puritatis. **Richar.** Quid purgat et cōseruat cordis intima nisi dei gr̄a. **His** habitis fuge in egyptum. **Egypt⁹** interpretat⁹ tenebra. i. vade ad tenebras p̄cōrum. **De** q̄bus ap̄lus **Ro. xij.** Ab̄sciam⁹ opera tenebrarū. **Vñ** **Esto** ibi septē annis. hoc est antēde et p̄sidera vn̄uersa mala que tibi intulerūt vicia tua. Et sunt septē. **Primū** malū quasi p̄mus annus dei est hostilitas **Vñ** **Eccl̄. xij.** Altissimus odio habet p̄cōres. Nam si deus p̄cōm non odiret. nūq̄ tot milia angelorū pro peccato cogitatōis de celo repulisset. **I**tem nūq̄ p̄imos parētes et totum genus hūanum in ip̄is de paradiso expulisset. nec h̄mōi miseris multiplicib⁹ afflixisset. **I**tez si nō odiret peccatum nūq̄ totum mūdū octo animab⁹ demptis pro semine reservatis diluio delessz **I**dcirco peccare q̄dem nihil aliud est nisi deum offendere saltem moraliter. Et **hieronym⁹.** Offenso deo nulla est loci religio. q̄ scribit **Sap. xliij.** Odio sunt deo impius et impietas eius. **S**cōm malum quasi scōus annus est om̄nū bonorū opey invaliditas **De** quo **Ezech. xvij.** Si se auerterit iustus a iusticia et fecerit iniquitatem oēs iusticie eius nō recor-

dabuntur. quia peccator in mortali non est in dei charitate. et dicit Grego. Qui non est in charitate bonum quod agit perdit. scilicet quo ad remunerationem regni celestis. licet aliter remuneretur temporaliter sed non in perpetua vita eternaliter. Ideo scribit Eccles. ix. Qui in uno offenderit multa bona perdet. et. Tertium malum quasi tertius annus est scientie penaltas. De quo aug. Dne dixisti et ita est quod ois inordinatus animus sibi ipse est pena. scilicet propter remorsus scientie. Sap. iij. Veniet in cogitatione peccatorum suorum timidi. Seneca. Nihil ita timidum facit animi sicut reprehensibilis scientia propter peccatum. Quartum malum quasi quartum annus est status periculositas. Tob. iij. Quis scit si puertat et ignoscatur deus. Nam peccator huius se sicut piscis intras hamum per se. exire autem per non potest. sic peccator a se ipso sine gratia dei auxilio non potest penitere. De quo aug. in li. de penitentia. Pere penitere non est hominis sed dei gratia. Ideo scribit Psal. xlii. Perditio mea ex te. saluatio autem ex me. Idcirco huius periculosum statum debemus cauere Eccl. xxi. Quasi a facie colubini fuge peccata. Et Eccl. iij. Qui amat periculum peribit in illo. Quintum malum quasi quintus annus est anime captivitas. Proverb. v. Iniquitates sue captiui impium. et funibus peccatorum suorum quasi perstringit. Et in his funibus ducet te in carcerem infernale. Athanasius. Qui mala egerit ibi in ignem eternum. Sextum malum quasi sextus annus est anime mortalitas. quia mors anime sequitur istam captivitatē. Ezech. xvij. Anima que peccauerit ipsa morietur. Sap. xvi. Non per malicia occidit animam suam. licet corpus viuit tamen anima mortua est coram deo. Aug. Quia anima deus est. et qui se separat ab eo mortuus est. Sic est ois peccator in mortali. Esa. lix. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos et deum. Et persequens tradit animam in mortem. Et ad Rom. vi. Stupedia peccati mors est. Septimum malum quasi septimus annus est damnationis eternalitatis. ps. v. Odisti oes qui operantur iniquitatem. perdes omnes qui loquuntur mendacium. Glo. si non penitentiam egerint. Lu. xii. Nisi penitentiam egeritis oes simul peribitis. Math. vii. Dis arbor que non facit fructus bonos excidet et in ignem mittet. ideo Ezech. xxi. Recordamini scelex vestrorum. quia herodes. id est diabolus querit occidere puerum. id est puritatem anime si non recordatur fueris peccati dāna. Dixi scō subtingitur tiranica persecutio dicens. Herodes fratrem tuum occidit oes pueros qui erant in bethleem. Chus. omel. ix. sup. Mat. inuehit contra eum dicens. Cur fratres es herodes illusus a magis. non cognoscis quoniam diuinus erat partus. nonne tu princeps sacerdotum vocasti. nonne scribas congregasti. nonne illi tibi prophetam induxerunt hoc antiquus predicantem. nonne vidisti vetera nouis consonantia. scilicet gentilis plebs et iudaea. Nonne audisti quia his monstrauit stella. illos vero ammonuit apparitio angelica et lux celestis. Nonne reuerit es studiū barbarorum. nonne ammirat es presentiam eorum. nonne ex his oibus reputare debuisti hec oia non esse deceptiois sed diuine virtutis. putas te illum perdere quem deus producit. Herodes non vis eum regnare. in iudea. velis nolis

regnabit in celo et in terra. hec ille. **S**unt plerique qui dicunt herodem pessime egisse in occisione pueroꝝ ut verum est. attamen sunt sex genera paritum qui occidunt pueros suos. **P**rimi sunt qui scienter rei sunt quod pueri in vtero matris sine baptismo decedunt. et hoc est grave homicidium. quia ibi corpus et anima occiditur. Aug. Quatuor est damnū in amissione vnius anime quod corporis mille. Ergo mater que est pregnans sollicitudine debet habere de illo thesauro quem portat in vtero ne fiat occasio damnationis illius pueri. Similiter viri debent parere mulieribus pregnantibus. nec eas terrere nec turbare nec verberare. imo sibi ipsis subtrahere in comedendo et bibendo et impartiri suis mulieribus pregnantibus et eis seruire. exemplo marie que tribus mensibus seruauit elyzabeth. Sed heu aliqui percutiunt pregnantes. calcant. tridunt. ipsis maledicunt. et sic rei erant in pueris. Similiter peccat ille mulieres que se super hoc remittunt quod pregnantes sunt. et scienter maritos suos offendunt. Sicut graue peccant ille antiqui vetule qui abortum vel sterilitatem procurant in aliqua muliere vel virgine. Sicut iste ancille que cum peccato et scandalo concipiunt. et postea propter verecundiam humanam eos pueros scienter occidunt. quod animal irrationale non faceret. **S**cōd pariter ille qui pueros suos nimis diligit. Sed diceret. non debeo pueros meos diligere. Respondet. imo debes puerum tuum diligere sicut ordinate infra deum. Nam aliqui pueros suos ultra deum diligunt. et habent maiorem complacitiam in pueris quam in deo omnipotenti. et potius videtur pueros quam deum. et sic plus pueros quam deum diligunt. eosque pueros deum suū faciunt. Aug. Hoc ab homine colitur quod pre ceteris diligitur. **S**cōt etiam beatus Hiero. Quodcumque vniuersumque super deum vel equaliter deo diligit. hoc sibi pro deo prestat. Et deus quodcumque ex sua bonitate subtrahit eis illos pueros ut ipsi parentes cor suū e contrario ad deum erigant et deum diligant. Et ergo est vna ratio quare illi pueri qui sunt multum affabiles. prudentes et pulchri cito moriuntur. quia parentes cum nimio affectu eos diligunt. et cum nimia sollicitudine semper curant nutrire eos. et intendunt ex ipsis facere magnos viros. et magnas diuitias congregare. volumine non curantes an iuste vel iniuste acquirant. Et propter illam sollicitudinem quam habet ad pueros oblitiscuntur deum et seipsos negligunt in salute animarum et damnant seipsos. **S**cōt Math. x. Qui amat filium vel filiam plus quam me non est me dignus. Et filii tales si vixerint et scienter possederint bona male acquisita damnantur. et implet illud Marc. xiiij. Tradet pater filium suum in mortem. **T**ercij parentes sunt qui informant pueros suos in malis. scilicet chorisare. supbia in vestibus. facie depingere. crispas crines facere. Et ipsi parentes rei erunt omnium peccatorum qui ex mala informatione addiscunt et postmodum faciunt. Et sic implebitur in parentibus illud Deut. xxxij. Immolauerunt filios et filias suas demonibus. scilicet per mala documenta. **Q**uarti parentes sunt qui pueros non corrigunt cum delinquant. cum tamen tenentur iuxta illud Prover. xxiij. Noli a puero subtrahere disciplinam. si enim percuiseris eum virga non morietur. Tu virga percutis eum. et animam eius de in-

In octaua natiuitatis dñi

ferno liberabilis. Signant si filij sunt rebelles et p-
terni tunc sunt castigandi verberibus. Eccl. xxx. No-
des illis potestate in iuuentute. curua ceruicē eius
et tunde latera eius cum infans ē ne forte induret
et nō credat tibi. et erit tibi dolor anie. sicut hely. j.
Regum. ij. Nō tractans ruptus holgor sup libz
Sap. dicit. Hely sacerdos ppter negligētiā ca-
stigandi filios dānatus ē. De quo et Beda. Hely
filios delinqntes ferire noluit. idō seipm apud de-
um crudeli dānatione pēssit. qz cum audīit ar-
cham captā a philisteis et filios occisos in filio ce-
cidit retrosum de sella et expirauit. Ecce q̄ mala
dilectio ē non corripere filios. imo magis ē odium
Prouer. xliij. Qui parit virge odit filius. Qui
ti parētes sunt qui malū exēplum p̄bent filiis. et p
hoc spūaliter eos occidūt. Aug⁹. Qui in p̄spectu
populi male vīuit quantū in illo ē cum a quo ar-
tēditur occidit. Pueri em̄ illa q̄ vident a parētibus
cōmunit̄ imitant̄ siue bonū siue malum. Si vī-
dēt eos ieiunare. libēter orare. eccliam frequētare
miscōdiam exercere. deum timere. pacē cum fami-
lia tenere imitātur eos. Si aut̄ vidēt eos ecclie iei-
unia soluere. festa nō celebrare. raro eccliam vīsi-
tare. ad tabernas ire. audiūt blasphemare. maledi-
cere. etiam sequūtur eos. Et p̄ his malis exēplis
filij sequētes dānant et parētes similē si non peni-
tēt. Vñ gregorius in moral. Tot moribus quis di-
gnus ē quot exēpla prauitatis i posteros trāsmī-
tit. Sexti parētes sunt q̄ res iniustas pueris re-
linquūt. illi dānant seipos similē et pueros. xliij.
q. vi. Si res reddēda ē et non reddit. penitētia nō
agitur s̄ simulat̄. Aug⁹. Si tenes obulū teneris a
diabolo. Et quot denarios male acq̄sitos pueris
relinquūt tot gladijs eos transfigunt. Et implebā-
tur in eis illud Eccl. xli. De p̄re impio q̄rūt. i.
p̄querūt filij. quoniā ppter ipm dāni sunt in ob-
probriū scz sempiternū. Signat̄ euz sciēt̄er pos-
sident. quia faciēs et p̄sentēs eadē pena p̄niūtur.
vt habet in can. ij. q. i. notum sit. et. iij. q. iij. cōsan-
guineoz. quia scribit̄ Eccl. xxi. Stuppa collecta
sinagoga peccantiū. Exēplum legit̄ in lib.
de dono iunioris. Fuit quidā vir sanct⁹ cui multa
fuerūt reuelata secreta. int̄ cetera vidit hominē in
ima flāmarum p̄stratum. de cuius vtero arbor al-
ta p̄cedebat. in cuius ramis hoīes suspēsi fuerūt.
et a flāma ab imo procedēte durissime diuersimō
de et acerrime torq̄bantur. Et ille qui in fundo sa-
cebat magis inter alios torq̄batur. Et cum q̄reret
ille qui hoc videbat a ductore suo cuiusmodi esset
homo ille qui in imo iaceret. ille respondit. Ille q̄
ab imo iacet fuit p̄ncipiū generatōis oīm isto-
rum. et fuit paup̄ et per vsuras et male acq̄sita di-
tatus ē. Alij sunt qui processerūt ab eo et torquen-
tur. quia aliqui fuerūt imitatores illius. aliq̄ pos-
sessores iniuste acq̄sitorū bonozum. et sic simul
torq̄entur. et fin q̄ fuerūt similes in culpa sunt in
cōsimili pena. vt scribit̄ Marb. xliij. Colligite
zyzania et alligate ea in fasciculos ad comburēdū
B Et notandū est q̄ festum innocētum et alio-
rum martyrisolēnter est pagēdum. Et hoc pro-
pter tria. Primo propt̄ tēpus. nam ipi p̄mī mar-
tyres sunt q̄ pro xpo post eius natiuitatē martyri-

sati sunt. Nam triplex ē martyrium. Primū volū-
tatis et operis sicut beati stephani et laurēti. Secū-
dum volūtatē et non op̄is. sicut bti iohānis euā-
geliste. et bti martyri. qui habuerūt volūtatē et af-
fectum sustinēdi martyrium. quāuis nō sunt pas-
si. Tercium ē martyrium op̄is et non volūtatē. sicut
innocētes et vsūm ratiōis non habentes. q̄ de
um non loquēdo s̄ moriēdo et cum sanguine suo
confessi sunt. Et sic in sanguine suo baptisati sunt
Et propter illud triplex martyrium illa tria festa
sunt immediate post festum natiuitatis instituta.
Primo festum sancti stephani qui est martyr vo-
luntate et opere. Post hoc festum sancti iohannis
qui fuit martyr voluntate et non opere. Tercio fe-
stum innocētum q̄ fuerūt martyres ope et nō volū-
tate. Nam dic̄ sancti Thomas. Deus suppleuit i
eis p̄ grām q̄ defuit i rōis efficacīa. i eo q̄ p̄p̄
xpm passi sūt. Scdō hoc festū innocētū est p̄mēda-
bile ppter nūmerum. qz tot sunt q̄ nūerus eozū in-
certus ē. Sed ecclia pagit nūmerum eoz fm vīsiō-
nē quā vidit sanct⁹ iohānes Apoc. xliij. Vidi ag-
nū supra montē sion stantē. et cum eo. celliij. millia
habētes nomē ei⁹ et nomē p̄ris eius sc̄ptum i frō-
tibus suis. Modo si laus et festū vni⁹ sancti ē lau-
dabile et acceptū corā deo. qd̄ tūc laus tot sc̄toz in-
nocētū. Et si deus exaudīt p̄ces vni⁹ sancti vñ ho-
mis vñ duoz vel triū in noīe ipsius p̄gregatoz. qd̄
tūc vbi tot sancti sunt simul p̄gregati. Et si ho-
norandus ē sanct⁹ vnus. nōne tūc tot milia sc̄toz
sunt venerādī. Tercio ppter locum. qz in bethleē
occisi sunt. et in oībus finibus eius in q̄bus xpus
questus est et fugit. et beatissima mater eius et io-
seph in exilio positi sunt euz puero lesa in tam te-
nera etate zc.

In octaua natiuitatis domini.

Sermo. xxxi.

At vbi venit plenitudo
do ipis misit deus filium suū factum ex
muliere faciū sub lege vt eos qui sub le-
ge erāt redimeret. vt adoptōem filioz dei recipe-
remus. scribit̄ ad Gal. iij. c. et lectus est dñico die
pro epistolari officio. In verbis p̄missis tria in-
nūtur. Primo mittētis benignitas miseratōis.
Scdō missi p̄gruitas legatōis. Tercio missiōis
vtilitas fructificatōis. Primū ibi. misit deus. se-
cūdum ibi. misit filius suū. terciū ibi. factū ex mu-
liere factum sub lege vt eos q̄ sub lege erant redi-
meret. De p̄mo dicit. At vbi venit plenitudo tem-
poris. Et in his vbiis p̄posit̄ destruit aposto-
lus et eradīcat triplicē errorem. Primo iudeoz
asserentiū nondum xpm venisse. ibi. At vbi venit
plenitudo tēporis. De hoc vide supra in prima
hebdomada aduent⁹ quomō erant iudei vt ceci.
Scdō eradīcat vesantiā hereticoz dogmatizantiū
xpm corp⁹ fantastiū habuisse et nihil traxisse de
virgine. ibi. factum ex muliere. Tercio manicheo-
rum dicētiū veterē legē a deo nō esse. ibi. factū
sub lege. De p̄mo nota q̄ tēpus incarna-
tionis dic̄ tēpus plenitudinis. et hoc propter
triplicē repletionē. Prima ē repletio vteri v̄gina-
lis. Luc. j. Ave grā plena zc. Ecce cōcipies in vte